persarum diuitiae uincupant. Nec hebreus sermo sed barbarus non fuit. In quit uerbum quod
iuxta hebraicam consuetudinem pro re frequenter accipitur quod non ostenderit ersin domo sua
& omni potestate sua. unde dicit iniustissima. quam non solum thesauros suos atque palatii sed & templi
ostenderit quod certe fuit potestatis eius. de cuius ualuis auri. lucernas argentanas tulerat.
Introuit autem esaias ppheta ad regem ezechiam. & dixit ei. quid dixerunt uiri isti & unde uenerunt
ad te. & dixit ezechias. de terra longinqua uenerunt ad me de babilone. & dixit quid uiderunt
in domo tua. & dixit ezechias. omnia quae in domo mea sunt uiderunt. non fuit uerbum quod non
ostenderim eis in thesauris meis. & dixit esaias ad ezechiam. Audi uerbum
dni exercituum. Ecce dies uenient. & auferentur oma quae in domo tua sunt & quae thesau
rizauerunt patres tui usque ad diem hanc. In babilone. non relinquetur quicquam
dicit dns. & de filiis tuis qui egredientur ex te quos genueris tollent. & erunt eunuchi
in palatio regis babilonis. & dixit ezechias ad esaiam. bonum uerbum dni. quod locutus es. & fiat
fiat tamen pax & ueritas in diebus meis. Tradunt hebrei ideo egrotasse ezechiam post
auditam victoriam iudeorum. & assirii regis interitum. Non ceciderit laudes dno quas cecinit
moyses pharaone sumerso. & debbora interfecto sisera. & iaiahel iuncde
cornutum eius fragilitatis suae. Rursumque post corporis sanitatem & signi magnitudinem offerri
aliam occasionem superbiae. quam sapiens & diligens & diligentior utique debuerat. Nec monstrare
alienigenis diuitias suas quas dno tribuente possiderat. ex quo uixta leges quoque tro
phologiam discimus. non mittendas margaritas ante porcos. Nec dandum sanctum canibus.
quem fidelis est spu abscondit negotia. & quicumque hoc fecerit omnis furtum illius
euacuatur. peritque posteritas. & amisso uirili robore humili ebrem redigit mollitudi
dinem. Ingreditur ergo esaias ad regem. & quasi nescius resuscitatur. quid dixerunt
uiri isti. & unde uenerunt. Duo interrogat. quid locutus. ut & unde uenerint. Ille ad
unum respondit. Altero praeter missio. quod cum emphasi & superiuliolegendum est de terra
longinqua uenerunt ad me de babilone. quod quanto terra longior fuit unde uenerant
tanto iste gloriosior propterque uenerit ut. & uenerunt hi quit a me. quid debuerat
dicere. uenerunt ad glorificandum dnm in signi magnitudine. de babilone. quae urbs. in toto
orbe potentissima est. rursumque esaias. quid hi quit uiderunt in domo tua. & ille respon
dit ex parte uerum quod omnia uiderunt in domo illius. Nec fuerit res quam non os
tenderit eis in thesauris suis. sed alterum tacet de quo uerebatur offensam quod osten
derit eis cuncta quae habebat in domo sua. Nec dubium quin templi supellectilem.
propterque esaias dicit sermone profert sententiam. Audi uerbum dni exercituum. uenit
tempus quando omnia haec quae in domo tua sunt. & non tuo sed patrum tuorum labore
quaesita in babilone transferantur. & de semine tuo fiant eunuchi in aula regia.
ex quo hebrei uolunt Danielem. ananiam. misahelem. azariam. qui fuere de regio
semine. factos esse eunuchos. quos in ministerio nabuchodonosor fuisse non dubium est.
Dixit ergo ezechias. bonum uerbum dni quod locutus est. In quo ab hebreis reprehenditur.

9
9
9
9
9
10

in potestate sua

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc455/0322